

Wc
2382

Wc
2382

D. M. S.
JVSTA FVNEBRIA

Serenissimae ac Celsissimae Principi ac Dominae,

DOMINA E
CHRISTIANAE
WILHELMINAE

*fil. Rob.
W. D. Dr.
Sax. Gen.
Eisenach*

Principi Nassouiae, Comiti Saraepontis & Saraverdenae, Dominae Dynastiarum Lohrae, Wisbadenae & Idsteiniae: natae duci Saxoniae, Juliaci, Cliviac, Montium, Angariae & Westphaliae, Landgraviae Thuringiae, Margraviae Misniac, Comiti Principali dignitate Hennebergiae, Comiti Marcae & Ravensberge, Saynae & Wittgensteinae, Dominae Ravensteinae &c, &c.

SERENISSIMI
C A R O L I
N O S T R I
CONIVGI LONGE DESIDERATISSIMAE,

Dominac nostrae clementissimae,
Partiae matri tranquillissimae,
media fere nocte, que diem XXVI. & XXVII. mensis Novemboris, intercessit
A. R. S. C I O I O C C X X X .

In arce Idsteinensi rebus humanis eruptae,

A Gymnasio Idsteinensi

d. X. Januarii mensis A. R. S. C I O I O C C X X X .
religiose peroluenda
aliam indicit

M. Jo. Mich. Stritter, Rector.

dstein. Imprimebat ERDM. ANDR. LYCE. Aulae Typogr.





WILHELI MINE Joh. XVII. 24. (2).

Joh. XVII. 24. (2).

Ducentus suos diuinissimus seruator, qui, vt omnem ex vita lugendi materiam tolleret, abdicatis caelitum gaudis, lacrymosam ipte humanitatem induit, & contumelias pati, mortem subire non recusat (b), is igitur caelestissimus soror aduentus suos Nafouiae nostrae, lugubres dicam an salutares? gemitu certe lacrymisque & luctu commemorabiles fecit.

S. 2.) *Nox enim illa, quae primum dierum aduentus Iesu Christi celebrandis antiquitus institutorum c), anno, quem nunc nuper exigimus, huius seculi quadragefimo, ultima praecessit, hox heu! illa CHRISTIANAM WILHELMINAM Principi nostro coniugem & generis claritudine & animi virtutibus praestantissimam, Principibus liberis, tencrima actare, matrem longe amantissimam, Nassouii principem matri quam dominac senioriem subduxit, eripuit, absuluit. Hinc lugubres illi aduentus! hinc immensi per aulam, per vrbes, per agros Nassouiae planctus!*

§. 3) Satis videbamur communibus temporum malis, satis ingenti Germaniae luctu adficiat alter DEO visum, qui, ut testior huius anni memoria, ut intentior ad gratiam respectus, ut maturior ad eam redditus poster estet, adficiore Nasouios conditione vti, cosque ex hoc anno, ex hoc die, luctus sui & vidui principis clauum mouere voluit.

§. 4) Attamen vel hoc ipsis argumento, ex grauiore fortuna nostra
ducto, quos lugubres diximus, salubres esse Nassouiae aduentus confir-
matem; nisi maleferiatum illud hominum genus intercederet, qui nescio
qua spartana nobilitate, concoquere plagar, quam culpam suam agno-
scere, aut castigatoris sui pacem orare malunt. O immanem stupiditatem,
si plagi non mouentur, non emendantur! o incredibilem stupiditatem,
si grauiora, quea imminent, non videmus, si pericula non deprecamur!
o lacrymabilem nostrum veteranum, si gratiae aduentientis, inclamatans
& castigantis vocibus non excitamus!

a) Vid. §. 26.

b) Hebr. XIII. 2. salua SCYL ROVA MUST indeclinari. nisus
c) Seculo. ut videtur, quinto. Vid. B. D. JOACH. HILDEGRANDUS de diabus festis p. II.

S. 5) Quo defunctus est die *Germanicus*, lapidata sunt templaque subuersa deum are, lares a quibusdam familiares in publicum abiecti (a). Non abs missis eorum est sator qui, quasi nullis crimibus adines, neglecta sui emendatione, aut in fortunam ita solide incohantur, aut quod secleratus cogitari nihil potest, in benignissimi nimirum, quam confingunt, acerbitate, malorum saeculum culpam conferunt.

S. 6) Age igitur, quisquis aut casuum aduersis non moueris, aut criminis tua ignoras, aut internitentis gratiae aduentum non respicias, age in memoriam superioris anni redeamus, vita nostra cum temporum malis collaturi: non ut rationibus nequitam expugnemus, quid enim apud eos rationibus proficias, qui tampridem omnem rationem exercantur? sed ut hos dolori stimulos suffigamus, qui somnum adjimunt, ut has cogitationes reuocemus, quae quasi morsu quodam concuriant. Resoluamus itaque anni quadragesimi memoriam, & quam diligenterissime possumus, animis infigamus.

S. 7) Tanta fuisse illud annum, quem diximus, annum frigoris facutia inchoavit, tanta licetis diuturnitas insignit, ut vix ullis annalium monumentis parem inuenias. An, quia pietas alget? an, quia frigent indicia & factorum causa insitum conuenient? an, quia & mutus inter se hominum, & noster erga Deum refrixit amor? Verna fete omnis excidit amoenitas. An, quia nullas DEO veris sacri hostias deuouere consueimus? an, quia, cum vernant, nonos feci delicens consecramus? Amor ingrauecebar. An, quia voluptatibus & luxu anini praeguantur? Serco quidem, praeter spem tamen laetior virescet tellus. An, quia mali domiti, tandem aliquando poenitentiae fructus pollicebamur? continuimbre jam iam fauicibus nostris eripiebant messem. An, quia nimio celerius nostras exaruerunt lacrymas? Colligendis frugibus redit seruitas. An, quia beneficiis alii volebamus? Maturo autumni frigore immaturi arborum ac vinearum fructus adutti. An, quia, malarum arborum ingratisque vineri similes, editoris nostri & vinitoris spem delusimus?

S. 8) Eminentissima imperiorum & hominum capita mors abstulit: *Borussia* regem potentissimum, *Germania* imperatorem angustissimum, *Russia* imperatricem iniustissimam luget. An, quia vitam salutemque principum DEO negligenter commendamus? an, quia in summis magistris DEI imaginem, DEI munus, DEI beneficia venerari desimus? *Nassonia* creptam principi suo coniugem desideratissimam, ereptam sibi, verissimo adficiissimi vidui testimonio, MATREM INDVLGENTISSIMAM deplorat. An, quia sacratissima matrimoniorum exolevit religio? An, quia materno illius animo indigni suimus, cui multum quotidie curarum, multum laboris adiuciebat iners nostra, sed tamem effrenata petulantia? (b)

S. 9) Quid illustres aliorum principum mortes? quid saeuiora mortibus perfidia mala? quid ex regnis in servititia casus? quid glicentia bellorum incendia? quid discordiarum tempestates? quid inundationem fluminum? quid naufragia? quid improbitatis consilii? quid delirantium ingeniorum somnia? quid denique, in tot tantisque terum ac temporum acerbitatibus, DEI religionumque contemnum dicam? quac nisi aut gratae reuocantis monumenta, aut irati ominus irritamenta, aut maiorum calamitatum praenuncia esse iudicamus, nihil iudicamus.

S. 10) Quo minus in DEVVM temporis nostri aegritudinem transferremus, vel sola artis Typographicae memoria obitate potuit. Fuit enim

a) Sueton. Caligul. 5, qui Cap. 6, de eodem: ut deinceps fato functum palam factum est, non solatice ullis, non edictis lohibeti luctus publicus patuit, duransque etiam post mortem de cembria mensis dies.

b) PLINIUS Epist. IV, 25, 5.

enim hic annus, quem tot calamitatibus, tot funeribus insigniri querimus, ab inuenta nobilissima arte secularis, isque tertius; vt alibi terrarum, ita nostro etiam in oppido (quod per octo fere lustra typographo* gaudet,) hilaritate multa celebratur. Huius igitur mirificae artis beneficio, (vt infinitos alias libros, quibus ad virtutem, ad pietatem, ad fidem erudimur, taceamus,) *divinae voluntatis tabulae* in multis exemplariis non myriadas, sed in myriadum myriadas transcribuntur. Hae tabulae, quod vilissimo pretio, etiam iis, qui ostiatim stipem colligunt, parabiles, quod in domos & aedes omnium quasi transmissae sunt, omnem a DEO malorum nostrorum culpam, omnem culpas suspcionem amouent. Has in manibus, imo in mentibus omnium versari, has in malis nostris consuli decuit; sed negliguntur, ridentur, prohibentur, exuruntur. Ne itaque mirum cuicquam videatur, cur tandem, *hic ipso paucissimum anno*, ad puniendam recordiam nostram DEVS oculos apertuerit.

§. 11) Breuissime vt luctuosissima Germaniae luctuosissimi Nasouiae anni memoriam complectamur: **TRANQVILLITAS NOSTRA OCCIDIT.** Occidit enim (vt ab improbatore, sublatae tranquillitatis criminis (a). & a vitorum infestatione molesta aliquando recedamus,) occidit die **vicesimo mensis Octobris CAROLVS SEXTVS**, imperator augustissimus, a cuius vita, incolumitate & imperio non solum *Germaniae*, sed etiam plurimorum *Europae* regnum *tranquillitas* pendebat; occidit die **vicesimo sexto mensis Novembrii CHRISTIANA WILHELMINA, Nassouiae** mater, vt uno vocabulo complectar omnia, **TRANQVILLISSIMA.**

§. 12) *Tranquillitas a mari*, nullis fluctibus agitato, nullis tempestibus turbido, ad *animum* hominis pacatum, lenem, placidum & imperturbatum, itemque ad *statum rerum*, cum priuatarum, tum publicarum, aequabilem, quietum atque inconcillum translata, (b), saepe in *virtutibus* (c), aliquando in *stribus* (d), principum legebatur.

§. 13) *Tranquillitas virtutem & regi & ciuitatibus* (e) salutarem antiquissimi iam tam scriptores praedicant: *tranquillitas iulum* ex Stoicorum disciplina, quam *Marcus Antoninus* in solio collocauit, profectum existimamus. Seneca, Stoicus, non concuti & stabilem animi sedem vocat *tranquillitatem* (f). Recte idem a malacia tranquillitatem discernit (g). Sed tantum absit, vt *tranquillitatem* stoicorum praecipitis adsequare, vt potius aut ad *suporem & recordiam*, aut in *desperationem* adducant. Vera *tranquillitas* non ex Zenonia, sed ex *Salomonis* portici petitur; ab eo doctore, qui non solum perfectissimum exem-

pli*tranquillitatem* suam emulans, ut apparet, ab aliis quoque *MAP* plar.

* Hic codere; ERDM, ANDR, LYCE, primo; ab Anno 1704.

a) Ies. 17, 20 (q).

b) PLAUT, POEN, 3, 5, 8. *Tranquillitas* euenit, quasi navi in mari.

c) EUTROPIUS, 7, 8, 2, de Claudio: multa genitus *tranquillitas*, 8, 2, 13, de Traiano: nihil non *tranquillitas* agens, 8, 6, 2, de Mare Antoniu*s*: principio virae *tranquillissima* fuit 10, 7, 8, de Costantino: vir egregiae *tranquillitatis*, placidus, VELLEIVS PATERCVLVS 2, 102, 4, *Sicannm*, quamquam fallo, *velut* virtute *tranquillum* ait.

d) EUTROPIUS praeferat, ad Valentem: vt *tranquillitatis* tua posse mens diuina faciat, 7, 17, 3, ad Valentem & Valentianum Augustos: neque quidquam similius potest dici, quam dignitatem antiqua, huic imperii postulati, quam nunc *tranquillitas* velita habeat. VAGOTVS de re milit. 4, prolog. ad Valentianum: verum *tranquillitas* tua, imperator inuictus, alterius confitit, quam mens poterat terrena conceperit; ex libris antiqua desiderat.

e) ARCEFILIV. Cyreneorum regis, ultimum exitum apud HERODOTVM Melponi, p. m. 133, ex eo, quod oraculo *heros eivas*, *tranquillitatem* suadent, non obsecutus si, oratum memoratur. PINDARUS *tranquillitatem* (*hexachion*, *iudicium*, *judicium*, *tribunum* græci vocant) quasi deam adloquitur Pyth. 4. *Orphoeos nouitias*, *diuersas* & *metamorphosis* *Dyvise*, *Borae* te *regi* *nouitias* *legato* *khædes* *interpretatas* &c. ex Erasmii SCHMIDII versione: blando affectu praedita *tranquillitas*, iustitiae o peramplificans *urbs* filia, conseruansque & bellorum habens *claves supremas*.

f) de *Tranquill.* cap. 2.

g) In *otio inconcluso* iaceré, non est *tranquillitas*, *malacia* est, Ep. 67.

h) Job, X, 23, iqq. Act. III, 11, iqq. Act. V, 12.

pler (a), sed fons etiam & origo (b) perpetuae tranquillitatis existit,
JESU CHRISTO.

§. 14.) Beatas itaque respubicas, si in locum stoicae illius, Christianam tranquillitatem, non tam titulo, quam animo recipiant principes! Haec enim omnium & virtutum & tirulorum quasi summa; haec maiestatis, potestatis, serenitatis, (c) clementiae atque magnitudinis fundamentum; haec aut parit bonitatem, benignitatem, humanitatem, hilaretatem, mansuetudinem, modestiam, moderationem, continentiam, iustitiam, prudentiam, fortitudinem, constantiam, (d) magnanimitatem, pudorem, verecundiam, felicitatem; aut arctissimo cognationis vinculo coniunctam habet; haec denique omnes longissime titulos, omnes felicites superat. Tantus virtutum honorumque comitatus, tranquillitatis nostrae occulu subductus est! morte subductus est!

§. 15.) Sed memorabilem fatorum ordinem persequamur. Interregno Germaniae nata est CHRISTIANA WILHELMINA; interregno denata. Nascebat Altenkirchae, in Saynibus, celsissimo quondam Menacensi duci Ioanni Wilhelmo, ex Magdalena Sybilla, (Joannis Adolphii Weisenfelsium ducis filia, tercia conjugie: anno huius secundi undecimo; die tertio mensis Septembris, die duodecimo mensis Octobris, CAROLVS SEXTVS (natus Calendis Octobr. 1685) rex romanorum est creatus: vicefimo secundo die mensis Decembris, Francofuri, imposito diademe, IMPERATOR factus. Paucis post diebus, ipsis, puta, Calendis Januarii, anni duodecimi PRINCEPS NOSTER in lucem est editus, cui augustissimus imperator, sacro fonte renascenti, nomen suum clementissime imperavit. Ita DEVS CAROLO nostro, antequam nasceretur, coniungem, imperatorem, patronum prospexit; ita DEVS CAROLI nostri liberis, ita Germaniae prospiciat!

§. 16.) Nupsit beatissima CHRISTIANA WILHELMINA principi nostro, die vicefimo sexto mensis Decembris, anno tricesimo quarto: quae, tumultuosi illo tempore, sua nos tranquillitate recrearet. Vasingam Serenissimi coniuges, plausu, votis & laetis omnibus excepti, die vicefimo tertio mensis Januarii, anno tricesimo quinto, peruenierunt.

§. 17.) Cicero suos in Italiae municipiis aduentus iactat (e): Metellus diuini honoribus in Hispania excipi gaudebat (f): PRINCEPS NOSTRA lacrymis & sletu, tenerimi amoris indice, aduentus sui celebrationem decorabat. Hos sine dubio aduentus, quos Nassouiae lacrymabiles, ipsi aurem CHRISTIANAE WILHELMINAE omnium maxime laetabiles DEVS fecit, excelsissimo animo praeagiebat.

§. 18.)

a) Matth. XI, 28, sqq.

b) Rom. V, 1. Hebr X 19, sqq &c. &c.

c) Vide D. C. A. HEYMANNI Poëcie, To. III, 1. p. 484 de titulo Serenissimi, & Tom. I, 1. p. 123. (in Programma, de parte patriæ) de ciuitate. Vtique loco plura de siculis principum inuenies.

d) Conformatio & Fortitudine: CAROLI SEXTI Symbolum (vocant.) fuisse, omnes norunt.

e) Orat. in Pison. cap. 21. Quid dicam aduentus meos? &c. -- Vnus ille dies mihi quidem immortalizans inlata fuit.

f) VALERIVS MAXIMVS 9, 1, 1. Quid sibi voluit princeps suorum temporum METELLS Pius, cum cum in Hispania aduentus suo ab hospitibus ari & ture excipi pariebatur? cum Attalici aulaeis coniectos parietes laeto animo intuebatur? cum immunitibus epulis apparatissimos interponi ludos sinebat? cum palmaria vele coniuncta celebrabat, demissaque coronas velut ecclesi capiti recipiebat?

§. 18.) Nam, quod post obitum eius compertum enī, modestiam illas ultimae voluntatis suae tabulas, quibus quotidianam mortis meditationem prodidit, quibus pomparam funeris superiacum prohibuit, quibus laudationum funebrium strepitum interdixit, quibus DEI in se beneficia praedicari iussit, quibus denique commemorationis cum servatore suo, Iesu Christo, aeternae desiderium consignauerat, secum cerebat.

§. 19.) Ea igitur ipsa nocte, quam ad excipiendum gaudio regis sui adventum filia Zionis excitaretur (a), TE ad beatorum tedes esse translatam, quanquam SERENISSIMI PRINCIPIS NOSTRI, LIBERORVM TVORVM & nostra causa gravissime dolemus, TIBI tamen, O EGREGIA ANIMA! iure quodam & merito gratulamur.

§. 20.) Sex fere anni sunt, ex quo TRANQVILLA hæc SERENITAS adfulsit Nassouiae: breve tempus, si ex votis nostris metiamur; longissimum, si ex nostra utilitate, si ex Serenissimi coniugi foecunditate, si denique ex BEATISSIMAE PRINCIPIS doloribus & molestiis extinetur. Vnum Sara Abrahamo, geminos Rebecca Iacob, duos Rahel Jacobo filios peperit: tribus principibus filiis, unaque filia principe, CHRISTIANA WILHELMINA CAROLVM nostrum patrem fecit.

§. 21.) Natus enim est CAROLVS WILHELMVS, divini amoris arrubio, die nono mensis Nonembri, anno seculi nostri tricesimo quinto: nata CHRISTIANA FRANCISCA HENRIETTA, emendarissimum Serenissimae matris exemplar, die decimo septimo mensis Decembri, anno tricesimo sexto: natus FRIDERICVS AVGUSTVS, paris augustae Soholes, die vicefimo tertio, mensis Aprilis, anno tricesimo octavo: natus denique JOANNES ADOLPHVS, ultimum Serenissimi coniugii pigius, perpetuae memoriae obes, die undevicesimo mensis Julii, hoc ipso anno quadrageximo, nobis luctuosissimo.

§. 22.) Renovari equidem teneritiae proliis recensu dolorem, augeri luctus lentio: & quis in morte tantæ mattis, a parvulis abstrectæ liberis, lacrymas tenuerit? Verum, si ardentissimas piissimæ parentis precer, quibus (quum, ultimum soboli suae dictura vale, Vlinalgam, a diei emortalis meridie, properaret illa quidem, sed, fatorum vi & properantiori mortis occursu, in urbem nostram retraheretur,) in tutelam DEI commendauit liberos suos; si prolixam & beneficam inquitissimi hujus tutoris naturam, si denique Serenissimi patris animum (quo tenerius dici nihil potest,) paternum recordarum, si minus extingueatur, at mitigabitur tamen doloris nostri acerbitas,

§. 23.) Quum vero septimo die ipse DEVS ab operibus suis requieverit; quum Sabbati, (hoc est, eius dici, quo totus vacare mensis tranquillitat debet,) hominem DEVS meminisse iubeat; quum denique haec cadem summa rerum potestas aruorum quieti, prisca lege (b), septimum quemque annum deuouerit: quo tandem ore, qua fronte laboriosissimam Principem, cui solida in his terris, & in hac rerum fluctuatione, quies contingere non poterat, a Sotere suo, sub ipsis Sabatti, sub anni septimi adventu, ad sedes tranquillitatis, ad eam (a) summe optabilem effe evocatam conquereramur?

§. 24.)

(a) Vespera fatali, locum Hebr. X. 37 - 39. in hora parthenetica explicando discipulos nostros ad hunc Christi adventum excitabamus: o utinam gravissimi dicti exemplum illibet, Serenissimam Principem pacis post horis mortuam, nunquam obliviscantur!

(b) Levit. XXV. 4.

(c) Hebr. IV. 5, quin totum caput:

§. 24.) Nam si longa grauiditatis incomoda, si gravissimos patientium dolores, si annuos fere partus, si pueriorum pericula, si liberorum valetudinem, si curarum aetus, si calamitatum nostrarum miserationem, si bellorum tumultus, si coniugis amantissimi amissam matrem, si communes huius vitae miseras, si animi morsus, si conscientiae mentis paiores (neque enim his Christiana tranquillitas, quamquam viatrix, intentata maner,) si denique eorum, quae ferre ipsa & facere, quam effete maluit, difficultates recogites, quem apud nos diem, quam horam credas beatissimam principem sine molestia transfigisse?

§. 25.) At tranquilla fuit. Majoris hoc erat virtutis opus: ingenitus fiduciae, / pei perpetuae fructus: quam neque sentiunt, neque capiunt, neque curaque voluptatum serui, peccatorum mancipia, diuina est & propria Christianorum. Ne enim hoc neficias: dolent, timent, adficiantur christiani; & ut his liberentur malis, DEV M precibus omnibus implorant atque obrestantur; neque tamen sua tranquillitate excidunt (a). Et non, si in mediis calamitatum fluctibus tranquilli agunt christiani, idcirco aut inuidendum laborantibus portum, aut fluctus istos tranquillitatem dixeris.

§. 26.) Sed finis sit: non enim praedicati suos labores; sed caelestium in se beneficiorum memoriam celebrari beatissima princeps voluit. Quorum beneficiorum summa quam diuinissimo illo tranquillitatis opere, hoc est, MENTIS DEO SVO RECONCILIATAE PACE, tranquillae vitae omniumque virtutum genitricе, cultrice & perfectrice contineatur; & latentia suae tranquillitatis fundamenta TRANQUILLISSIMA PRINCEPS manu venerabilis ipsa ostenderit, praescriptis, sermonum funebrium materia, pontificis nostri vnice maximi precibus: (Ioh. XVII. 24)
Pater, quos dedisti mihi, volo ut, ubi sum ego, etiam illi sint mecum: ut videant gloriam illam meam, quam dedisti mihi, quia amasti me ante iacta mundi fundamenta)

Ex hisce Soteris nostri longe beneficissimi precibus, die mensis Iunii decimo, quenam memoriae CHRISTIANAE WILHELMINAE pietas Gymnasii sacrum esse iubet, VERA CHRISTIANAE TRANQUILLITATIS FUNDAMENTA, in auditorio Gymnasii superiori, hora post meridiem primae, oratione funebri, eaque ligata, Scholae Rector sermone germanico explicabit.

§. 27.) Haec illa est tranquillitas, quam TIBI, SERENISSIME PRINCEPS, viduae domus ingenti luctu concusse PATER! tuum natalem, huius anni Calendis, primum sine tranquillissima coniuge permanent recordatus, TIBI LIBERISQVE TVIS ex animo precabor: haec est illa tranquillitas, quam publica iam voce (DEVS hoc audiat!) precor; quamque porro, dum hos artus hic regit spiritus, TIBI, TIBI, inquam, TVISQVE LIBERIS ex animo precabor. Adiungat huic exoptatissimae tranquillitati, qua est benignitate & clementia, DEVS bonam valetudinem, secundos rerum iuarum cursus, secundissimos exitus!

§. 28.) Eadem vota facient, qui, codem die, partim ANNI funerissimi, partim IMPERATORIS augustissimi, partim PRINCIPIS nostrae

a) 2. Cor. VI, 4 - 11. & Psalm, XLVI, cor.

51 K 2.382

stræ beatissimæ memoriam orationibus pertractabunt, bonarum artium
alumni :

Joannes Adamus Wigand, Woerstorffensis, bene mori,
qui diu moriuntur, carm. lat. dicet,

Joannes Godofredus Span, Roedelheimensis, quæc in
morte sustentet consolatio, lat. enarrabit.

Joannes Ludeuicus Span, Roedelheimensis, anni quadrage-
simi graviora fata gallice in memoriam reuocabit.

Fridericus Carolus Barth, Adolph-Eccensis, CELSISSI-
MAE PRINCIPIS memoriam liberis propagatam.
carm. germ. decantabit.

Georgius Reinhard Moebus, Bierstadiensis, CELSISSI-
MAE PRINCIPIS memoriam virtutibus immor-
talem lat. praedicabit.

Christophorus Adam Sell, Nidda-Hassus, CAROLVM
SEXTVM & belli & pacis artibus clarum germ. de-
monstrabit.

S. 29. Fulgentissima CAROLI & CHRISTIANAE WILHELMINAE
mina fidos Germanie, fidos N. suuia cives, equestris præcipue & literari ordinis,
quos urbs nostra velisque vicina fouer, ut genio huic, seu trispici potius, pietatis
officio frequenter interfuerint, fatus liberalet inuitant. Arropteris itaque facturæ ei-
dear, si, quos tanta nomina per le afflictum, mutis horribilis excitare
suffineam.

S. 30.) Voto finimus : VT RIGIDOS CONCVTIAT (a), CONCVSSOS
IN TRANQVILLITATE RESTITVAT DEVS (b) P.P. Idst in e Naßionum,
nonis Januarii, A.R. S. 110 CC XXXXI.

(a) Exod. XV. 16. Psalm, LXXXII. 4. 5. Philipp, II. 12. Augustinus Confessio Art. Fid.
XX. (§ 6.) Quamquam autem haec doctrina contempnatur ab impeditis, tamen
experiunt piae ac pavidæ conscientiae plurimum eam consolacione afferte :
quia conscientiae non possunt reddi tranquillæ per illa opera, sed tantum fide, cum
certo statunt, quod propter CHRISTVM habeant placatum DEVM. Quemadmo-
duo Paulus docet Rom. IV. 1. Justificati per fidem, pacem habemus apud DEVM. Tota haec
doctrina ad illud certamen pertinet, scilicet conscientia referenda est, nec sine illo certa-
mine intelligipore. Quare male iudicant de ea te homines imperti & profani, qui
christianam iustitiam nihil esse fomunt, nisi ciuilem & Philosophiam iustitiam.

(b) Psalm, LI. 14. Psalm, CXXV. 1. 2. Psalm, CXXXVIII. 7. 8. Psalm, XCII. 11. 16



1018

ULB Halle
007 769 482

3



D. M. S.

JVSTA FVNEBRIA

Serenissimae ac Celsissimae Principi ac Dominae,

DOMINAE

CHRISTIANAE
VII HELMINAE

fil. Joh.
Wm. Dur.
Sax. Gen.

Eisenach

te, Comiti Saraepontis & Sar-
Dynastiarum Lohrac, Wisbadenae & Id-
axoniae, Juliaci, Cluiac, Montium, An-
liae, Landgrauiae Thuringiae, Marg-
e, Comiti Principali dignitate Hen-
, Comiti Marcae & Ravensber-
saynae & Wittgensteinae,
niae Ravensteinae &c, &c.

ENISSIMI
TROLI

NOSTRI
ONGE DESIDERATISSIMAE,
iae nostrae clementissimae,
triae matri tranquillissimae,

liem XXVI. & XXVII. mensis Novemboris, intercessit
L.S. C I C I C C X X X X .
Idsteinensi rebus humanis eruptae,

Gymnasio Idsteinensi
s. A. R. S. C I C I C C X X X X .
religiose persoluenda
indicit
o. Mich. Stritter, Rector.

bat ERDM. ANDR. LYCE, Aulae Typogr.



1,887

